

INCIPIT<sup>1</sup> EPISTOLA ANACLETI PAPAE DE OPPRESSIONE ET<sup>2</sup> LACERATIONE  
CHRISTIANORUM ET, QUOD<sup>3</sup> ECCLESIA NAVI COMPARETUR, ATQUE DE CETERIS  
IBI<sup>4</sup> INSERTIS<sup>5</sup> OMNIBUS EPISCOPIS DIRECTA<sup>6</sup>.

[H. 1] Anacletus servus Christi Iesu in sede apostolica domino serviens episcopis omnibus et ceteris  
5 cunctis fidelibus, qui coaequalem vobiscum<sup>7</sup> sortiti<sup>8</sup> sunt fidem, gratia vobis et pax atque consolatio  
multiplicetur a domino in saecula.

Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam  
regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Christi Iesu ex mortuis in hereditatem  
incorruptibilem et incontaminatam<sup>9</sup> et immarcescibilem conservatam in caelis in vobis, qui in virtute  
10 dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo, in quo exultabitis,  
modicum nunc, si oportet<sup>10</sup> contristari in variis<sup>11</sup> temptationibus, ut probatio vestrae fidei multo  
pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, si tamen in tribulationibus experti<sup>12</sup> probati  
inveniamini. Patientes estote, dilectissimi, quia patientia probationem operatur, probatio<sup>13</sup> vero spem,  
spes autem non confundit. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum<sup>14</sup> terrae patienter ferens,  
15 donec accipiat temporaneum et serotinum. Si agricolae haec patienter ferunt pro temporalibus  
fructibus, quanto magis vos pro aeternis patientes esse debetis? Estote ergo patientes et  
confirmate corda vestra, ut adveniente iudice Christo laeti et probati esse valeatis. Nolite  
ingemiscere in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite<sup>15</sup>,

---

### Quellen:

4-6: *Anacletus - saecula*, II Petr. 1.1. 2.

7-13: *Benedictus - inveniamini*, I Petr, I. 3-7-

13: *Patientes estote*, Iac. V. 7.

13f.: *quia - confundit*, Rom. V. 4. 5.

14-21: *Ecce - dominus*, Iac V. 7-11.

---

<sup>1</sup> INCIPIT EPISTOLA] DECRETA V630; INCIPIUNT EPISTOLAE VD38

<sup>2</sup> ET LACERATIONE *fehlt* V630

<sup>3</sup> QUOD ECCLESIA NAVI COMPARETUR, ATQUE DE CETERIS IBI INSERTIS OMNIBUS EPISCOPIS  
DIRECTA] ET DE ACCUSATIONE EPISCOPI ET DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORUM ET  
CETERORUM ET DE PRIMATIBUS ET DE PATRIARCHIS EORUMQUE MINISTERIO V630

<sup>4</sup> INIBI VD38

<sup>5</sup> INSERTI NEGOTIIS I83; INSERTIS NEGOTIIS VD38

<sup>6</sup> SCRIPTA I83; VD38

<sup>7</sup> nobiscum V630

<sup>8</sup> sortiti *korr. aus* sorti I83

<sup>9</sup> incontaminata I83; incotaminatam VD38

<sup>10</sup> oportet] oportet in I83

<sup>11</sup> variis *korr. aus* varias V630

<sup>12</sup> *am Rande* cogniti perseverantes VD38

<sup>13</sup> Probati VD38

<sup>14</sup> fructum terrae] terrae fructum *korr. aus* terrae N442

<sup>15</sup> accipite] a capite O93; accipite *korr. aus* a capite N442; capite I83; VD38

carissimi, laboris et patientiae prophetas, qui locuti sunt in nomine domini. En beatificamus, qui  
 20 sustinuerunt. Sufferentiam<sup>16</sup> Iob audistis et finem domini vidistis, quoniam misericors et miserator  
 est<sup>17</sup> dominus<sup>18</sup>.

Tribulationes vestras audivimus, fratres, tam per vestros quam et per aliorum apocriarios<sup>19</sup>, super  
 quibus valde dolemus vobisque compatimur et auxilium ferre, prout ipse largitus fuerit, qui pro  
 nobis non solum tribulatus<sup>20</sup>, sed etiam passus est, parati sumus. Nolite mirari, carissimi, qui  
 25 persecutiones patimini, quasi novi vobis aliquid contingat, sed communicantes Christi passionibus  
 gaudete, ut<sup>21</sup> et in revelatione gloriae eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini<sup>22</sup> <sup>23</sup> in nomine  
 Christi, beati eritis, quoniam, quod est honoris, gloriae et virtutis dei et, quia<sup>24</sup> est eius spiritus,  
 super vos requiescet. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut  
 alienorum appetitor<sup>25</sup>, si autem ut christianus, non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine,  
 30 quoniam tempus est, ut incipiat<sup>26</sup> iudicium de domo dei. Si autem primum a nobis, quis finis  
 eorum, qui non credunt dei evangelio? Et si iustus vix salvabitur, impius et peccator, ubi  
 parebunt? Itaque et hi, qui patiuntur secundum voluntatem dei, fideli creatori commendant animas  
 suas in benefactis.

[H. 2] Nam, ut ait beatus Clemens praedictus<sup>27</sup> antecessor noster, similis est omnis ecclesiae  
 35 status<sup>28</sup> navi magnae, quae per undosum pelagus<sup>29</sup> diversis e locis et regionibus viros portat ad  
 unam potentis regni urbem properare cupientes<sup>30</sup>. Sit ergo navis auctor<sup>31</sup> huius dominus ipse

### Quellen:

22-24: *Tribulationes - sumus* sec. Cuthberti ep. ad Lullum (int. ep. S. Bonif. no. 114, p. 293).

24-32: *Nolite - parebunt*, I Petr. IV. 12—18.

34-49: *Nam - audiri*, Clem. ep. I. c. 14.

### Rezeption:

22-33: *Tribulationes – benefactis*: Coll. Ans. ded. X, 11.

<sup>16</sup> *am Rande* patientiam VD38

<sup>17</sup> est dominus] dominus est V630

<sup>18</sup> dominus *fehlt* I83

<sup>19</sup> *am Rande* responsales sive legatos VD38

<sup>20</sup> tribulatio I83

<sup>21</sup> ut et *korr. aus* ut O93

<sup>22</sup> *am Rande* conviciamini VD38

<sup>23</sup> exprobamini N442; I83

<sup>24</sup> qui V630

<sup>25</sup> *am Rande* desiderator VD38

<sup>26</sup> incipiat iudicium *korr. aus* incipiat N442

<sup>27</sup> praedictus *fehlt* I83

<sup>28</sup> statutus VD38

<sup>29</sup> pelagum I83

<sup>30</sup> cupientis V630

<sup>31</sup> auctor *korr. aus* actor O93

omnipotens deus, gubernator vero sit<sup>32</sup> Christus, tunc<sup>33</sup> deinde proretae officium episcopus impleat, presbyteri<sup>34</sup> nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi, qui catecizant, naustologis<sup>35</sup> conferuntur<sup>36</sup>. Epibatis<sup>37</sup> autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum vero varietates et turbinum diversis temptationibus conferantur, persecutiones, tribulationes sive pericula fluctibus exaequentur<sup>38</sup>. Terreni vero spiritus, qui vel<sup>39</sup> de torrentibus vel convallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum seu pravae doctrinae verba docentur, promuntoria vero et loca confragosa hi, qui in potestatibus saeculi sunt iudices et pericula minantur ac mortes<sup>40</sup>. Bithalassa vero loca, quae duplicibus undae fallacis aestibus<sup>41</sup> verberantur, dubiis mente et repromissionum veritate<sup>42</sup> nutantibus conferantur atque his, qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt<sup>43</sup>. Hypocritae vero et dolosi piratis similes habeantur. Iam vero rapidus vertex et tartarea carybdis et saxis illisa<sup>44</sup> naufragia ac mortiferae submersiones, quid aliud aestimanda sunt quam peccata? Restat igitur, ut haec navis cursu<sup>45</sup> prospero tuta possit portum desideratae urbis intrare et ita deo precem fundere, ut navigantes mereantur audiri.

50 [H. 3] Audivimus<sup>46</sup>, fratres, quod quidam detrahunt et accusant sacerdotes dei cupientes eos damnare<sup>47</sup> non intellegentes forsitan, quod iniuria<sup>48</sup> sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Nec<sup>49</sup> hoc aspiciunt, quod beatus princeps apostolorum instructor noster ait: Deponentes igitur omnem maliciam et omnem dolum et simulationes et invidias et omnes detractiones, sicut

---

### Quellen:

50: *Audimus - dei* sec. c. 7. C. III. conc. Aquisgr. a. 836.

51f.: *quod - funguntur*, Ben. III. 462. (c. 7. 1. III. conc. Aquisgr. a. 836. et II Cor. V. 20). Cf. infr. 21, Evar. 6, Luc. 2, Euseb. 17, Except. Silv. 8, Dam. 19. (Greg. M. ad Fel.).

52-54: *Deponentes - salutem*, I Petr. II. 1.2.

55f.: *Qui - dolum*, I Petr. III. 10.

### Rezeption:

50-63: *Audivimus - neglexerint*: Coll. Ans. ded. III, 36.

---

<sup>32</sup> sit *korr. aus* si N442

<sup>33</sup> tum I83; VD38

<sup>34</sup> Presbyter O93

<sup>35</sup> nautologis *korr. aus* nautolegis V630

<sup>36</sup> conferantur I83

<sup>37</sup> Epibates *korr. aus* Epibatis V630

<sup>38</sup> exsequentur N442; I83

<sup>39</sup> vel *fehlt* N442; I83; VD38

<sup>40</sup> mortes *korr. aus* mortales V630

<sup>41</sup> testibus I83

<sup>42</sup> veritate *fehlt* V630

<sup>43</sup> discutiunt *korr. aus* discutiuntur I83

<sup>44</sup> inlixa VD38

<sup>45</sup> curso I83

<sup>46</sup> *am Rande* De accusatoribus episcoporum VD38

<sup>47</sup> damnari V630; N442; I83

<sup>48</sup> iniuriam I83

<sup>49</sup> Nec *korr. aus* Ne N442; Ne I83

modo geniti infantes rationabiles<sup>50</sup> sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Et  
 55 dominus per prophetam inquit: Qui vult vitam diligere et videre dies bonos, coerceat linguam suam  
 a malo, et labia eius ne loquantur dolum, et cetera<sup>51</sup>. Qui autem ista transgrediuntur, profecto  
 transgressores legis dei et contemptores atque inoboedientes eius praeceptis existunt. Unde et  
 beatus Iacobus apostolus ait: Si diligitis proximos sicut vosmetipsos<sup>52</sup>, bene facitis, si autem  
 personas accipitis, peccatum operamini, redarguti<sup>53</sup> a lege quasi transgressores, et cetera. Et beati<sup>54</sup>  
 60 apostoli ac praedecessor<sup>55</sup> noster Clemens, vir apostolicus et spiritu dei plenus, una cum reliquis<sup>56</sup>  
 sanctis collegis<sup>57</sup> suis statuit dicens: Accusandi vel testificandi licentia denegetur, qui christianae  
 religionis et nominis dignitatem et suae legis vel sui propositi<sup>58</sup> normam aut regulariter prohibita  
 neglexerint. [H. 4] Transgressores enim sponte legis suae eiusque violatores apostatae<sup>59</sup> nominantur.  
 Omnis enim apostata<sup>60</sup> refutandus<sup>61</sup> est ante reversionem suam, non in accusatione recte agentium  
 65 aut testimonio suscipiendus, quia vir duplex animo inconstans<sup>62</sup> <sup>63</sup> est in omnibus viis suis.  
 Quicumque autem, ut ait apostolus<sup>64</sup> Iacobus, totam legem servaverit, offendit autem in uno, factus

## Quellen:

58f.: *Si - transgressores*, Iac. II. 8.9.

61-63: *Accusandi - neglexerint*, Ben. III. 188. Addit. III. 12. (epit. Aegid. ad l. Rom. Vig. c. 1. C.Th.XVI. 2). Cf. Eutic. 8, Fel. II. pp. 12. x.

65: *quia - suis*, Iac. I. 8.

66-70: *Quicumque - iudicio*, Iac. II. 10—13.

## Rezeption:

60-65: *praedecessor – suscipiendus*: Ivo, Decr. V,237 (60: *praedecessor*] *Beatus praedecessor*) (s. auch 96-102; 126f.); Gratian C. III, q. 4, c. 2 (60: *praedecessor*] *Beatus praedecessor*; 65: *suscipiendus*] *suscipiendus est*).

61-65: *Accusandi – suscipiendus*: Sentenzen c. 44 (64: *ante – suam* fehlt); Anselm v. Lucca III,10 (64: *ante – suam* fehlt); Ivo, Pan. IV,60 (64: *ante – suam* fehlt; 65: *suscipiendus*] *suscipiendus est*); Polycarpus 5,1,3 (64: *ante – suam* fehlt).

61-65: *Accusandi – suis*: Bonizo III,42.

63-65: *Transgressores – suscipiendus*: Deusdedit IV,303 (s. auch nächster Brief 28f.).

63-65: *Transgressores – suis*: Coll. Ans. ded. III,136; Coll. Ans. ded. VI,3 (63: *enim* fehlt).

<sup>50</sup> rationabile O93

<sup>51</sup> ceterum I83

<sup>52</sup> vosmetipsos *korr. aus* metipsos V630

<sup>53</sup> *am Rande* reprehensi VD38

<sup>54</sup> beati apostoli] beatus V630

<sup>55</sup> precessor VD38 (*interlinear* successor)

<sup>56</sup> reliquis *korr. aus* reliquus V630

<sup>57</sup> *am Rande* consociis et fratribus VD38

<sup>58</sup> praepositi VD38

<sup>59</sup> *am Rande* recedens V630

<sup>60</sup> *interlinear* refuga VD38

<sup>61</sup> *interlinear* ressecandus VD38

<sup>62</sup> *am Rande* instabilis VD38

<sup>63</sup> inconstans *korr. aus* inconstan O93

<sup>64</sup> apostolus Iacobus] iacobus apostolus V630

est omnium reus. Qui enim dixit: Non moechaberis, dixit et: non occides. Quod si non moechaberis, occides<sup>65</sup> autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.

70 Superexaltat<sup>66</sup> autem misericordia<sup>67</sup> iudicio<sup>68</sup>, et dominus ait: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, et multa talia horumque similia. Nemo<sup>69</sup> enim, inquit apostolus, nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur, sive ergo vivimus sive morimur, domini sumus. In hoc enim<sup>70</sup> Christus mortuus est<sup>71</sup> et revixit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Tu autem, quid<sup>72</sup> iudicas fratrem tuum, aut tu, quare spernis<sup>73</sup> fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est

75 enim: Vivo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur<sup>74</sup> omne genu, et omnis lingua confitebitur deo<sup>75</sup>. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. [H. 5] Scimus enim, quia multum derogatio praevalet, quando derogator<sup>76</sup> creditur fide dignus. Ideo, fratres, variis detractionibus et<sup>77</sup> accusationibus non oportet labefactari<sup>78</sup> iudices et primates ecclesiae, sed magis

80 apostolorum et doctorum regulis informari et roborari. Unde iustum est omnes<sup>79</sup> in<sup>80</sup> universo Romanorum orbe doctores legis ea, quae legis sunt recte sapere et operari<sup>81</sup>, et non regulas nascentis ecclesiae confundi<sup>82</sup>, aut fidem ac<sup>83</sup> doctrinam apostolorum variis maculare doctrinis, nec

## Quellen:

70f.: *Nolo - vivat*, Ezech.XXXIII. 11.

71-77: *Nemo - scandalum*, Rom. XIV. 7-13.

77f.: *Scimus - dignus*, Cass. hist. trip III. 8 (cf. Ben. II. 381). Cf. Fel. II. pp. 12. xi.

78-83: *Ideo - infestare*, Cass. hist. trip. V 29 et Ben. II. 381. Cf. Telesf. 3, Fel. II. pp. 12. xi.

<sup>65</sup> occidas korr. aus occides N442

<sup>66</sup> Superexaltet V630; I83; VD38

<sup>67</sup> misericordiam V630

<sup>68</sup> iudicium VD38

<sup>69</sup> Nemo korr. aus Ne N442

<sup>70</sup> ergo V630

<sup>71</sup> est fehlt I83

<sup>72</sup> quid] quis es qui korr. aus qui V630

<sup>73</sup> am Rande despicias VD38

<sup>74</sup> flectet O93; N442; I83

<sup>75</sup> domino V630

<sup>76</sup> am Rande detractor VD38

<sup>77</sup> et accusationibus fehlt I83; VD38

<sup>78</sup> am Rande corruere infirmari sive corrumpi VD38

<sup>79</sup> omnes korr. aus omnis N442; omnis I83

<sup>80</sup> in fehlt VD38

<sup>81</sup> operari korr. aus operare O93

<sup>82</sup> confundere VD38 (am Rande conturbare)

<sup>83</sup> aut V630; N442

fratres infestare<sup>84</sup>. Si autem omnia in hoc saeculo vindicata essent, locum divina iudicia non haberent. Supervacuis<sup>85</sup> enim ad beneficia<sup>86</sup> laborat impendiis, qui solem certat facibus adiuvere.

85 Ideo si aliquis putat deo in hoc placere, quod servos suos accusat et, ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat et plus invidiae<sup>87</sup> stimulis<sup>88</sup> agitur<sup>89</sup> quam caritatis, quoniam gratiae plenitudo adiectione non indiget nec ulla<sup>90</sup> requirit commendationis augmenta. Erigit<sup>91</sup> ergo doctores conscientia<sup>92</sup> sua et, si quando incertis temporum<sup>93</sup> flatibus<sup>94</sup> opponuntur, sustinent mala, quae saeculis<sup>95</sup> magis sunt ascribenda quam meritis. [H. 7] Datam enim scimus satanae potestatem, ut

90 servos Christi cribraret, ut, quod de tritico inveniri<sup>96</sup> possit<sup>97</sup>, horreis iungeretur<sup>98</sup> et, quod de paleis, ad ignium alimenta transiret.

Ad vos specialiter dictum est: Nolite timere pusillus<sup>99</sup> grex<sup>100</sup>, complacuit<sup>101</sup> patri<sup>102</sup> vestro dare<sup>103</sup> vobis regnum, venit inter vos gladius perfidorum, ut marcida<sup>104</sup> ecclesiae membra reseccaret<sup>105</sup> et

### Quellen:

- 83f.: *Si - haberent*, Ennod. ep. II. 19. Cf. Alex. 7.  
 84: *Super - adiuvere*, Ennod. ep. II. 22.  
 86f.: *gratiae - augmenta*, Ennod. ep. II. 22.  
 87-89: *Erigit - meritis*, Ennod. dict. 9. (p. 495).  
 89-95: *Datam cognoscuntur*, Ennod. ep. II. 14. (p. 58).

### Rezeption:

- 83f.: *Si – omnia*: Deusdedit III,102 (84: *vindicata*] *iudicata*).  
 83-87 *Si – augmenta*: Gratian C. VI, q. 1, c.7 (84: *enim ad beneficia* fehlt).

<sup>84</sup> *am Rande* corrumpere sive commovere ad iracundiam concitare VD38

<sup>85</sup> *interlinear* superfluis VD38

<sup>86</sup> *beneficiam* I83

<sup>87</sup> *invidiae stimulis*] *invidia aestimulis* O93

<sup>88</sup> *am Rande* punctionibus VD38

<sup>89</sup> *am Rande* commovetur VD38

<sup>90</sup> *ullae* N442; VD38

<sup>91</sup> *Erigunt* V630

<sup>92</sup> *conscientia sua*] *conscientiam suam* V630

<sup>93</sup> *temporum*] *temporum usque hic* VD38

<sup>94</sup> *aetatibus* V630

<sup>95</sup> *sanctis* I83; VD38

<sup>96</sup> *invenire* I83; VD38

<sup>97</sup> *posset* V630; I83

<sup>98</sup> *ingereretur* V630

<sup>99</sup> *am Rande* parvus VD38

<sup>100</sup> *grex quia korr. aus grex* V630; *grex quoniam korr. aus grex* N442; *grex*] *grex quia* VD38

<sup>101</sup> *quoniam complacuit korr. aus complacuit* N442

<sup>102</sup> *patri korr. aus patre* O93; N442

<sup>103</sup> *dare vobis*] *vobis dare* I83

<sup>104</sup> *marcidae* V630

<sup>105</sup> *am Rande* absccideret VD38

ad caelestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus<sup>106</sup> milites, certamen ostendit, qui  
 95 triumphum mereantur<sup>107</sup>, per bella cognoscuntur<sup>108</sup>.  
 Scimus<sup>109</sup> autem multos ob id infestare<sup>110</sup> doctores, ut eos perdant et propriae voluntatis placita  
 adimpleant. Non propterea tamen doctores, in quantum vires suppetunt<sup>111</sup>, a recta aemulatione<sup>112</sup>  
 et bona intentione<sup>113</sup> recedere debent scientes, quia beati, qui persecutionem<sup>114</sup> paciuntur propter  
 iustitiam.  
 100 [H. 8] Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si<sup>115</sup> placere  
 voluerit atque ab his amari delegerit, erit<sup>116</sup> hinc<sup>117</sup> ovibus magna pernicies. Nullus ergo  
 pastorum<sup>118</sup> placere lupis et gregibus ovium potest. Perdit enim laboris memoriam mens terrenis<sup>119</sup>  
 obligata carceribus. Sicut artium in suo<sup>120</sup> quoque<sup>121</sup> opere<sup>122</sup> invenitur mater instantia, ita noverca  
 eruditionis est negligentia. Nullus ergo praeiudicium alteri faciat, neque, quod sibi fieri non vult,  
 105 exerceat<sup>123</sup>. Nemo dictum de aliquo inveniet<sup>124</sup>, quod in eius<sup>125</sup> actibus non agnoscat. Ego autem  
 labefactatam<sup>126</sup> non solum quietem meam, sed et salutem inimicorum valetudine et rumorum

---

### Quellen:

- 98f.: *beati - iustitiam*, Matth. V. 10.  
 102f.: *perdit - carceribus*, Ennod. petit, quo absolutus est Gerontius.  
 103f.: *Sicut - negligentia*, Ennod. dict. 11.  
 104f.: *Nullus - exerceat* sec. Tob. IV. 16. aut Ben. III. 198.  
 105: *Nemo - agnoscat*, Ennod. ep. IV. 9 (p. 114).  
 105-107: *Ego - amovere*, Ennod. ep. IV. 24. Cf. Amator. ep. ad Silv.

### Rezeption:

- 96-99: *Scimus - iustitiam*: Gratian D. XLIII, c. 3.  
 96-102: *Scimus - potest*: Ivo, Decr. V, 237 (s. auch 60-65; 126f.).  
 100-104: *Nihil - nelegentia*: Sentenzen c. 236; Anselm v. Lucca VI, 140; Gratian D. LXXXIII, c. 6.  
 100-118: *Nihil - convincar*: Coll. Ans. ded. II, 137.

---

<sup>106</sup> Christi I83  
<sup>107</sup> mereantur korr. aus mereatur V630  
<sup>108</sup> cognoscuntur korr. aus cognoscantur V630; cognoscunt I83  
<sup>109</sup> am Rande abhinc VD38  
<sup>110</sup> am Rande persequi VD38  
<sup>111</sup> am Rande opitulantur adiuvant VD38  
<sup>112</sup> interlinear desiderio VD38  
<sup>113</sup> intentione korr. aus intentio V630  
<sup>114</sup> persecutione I83  
<sup>115</sup> sibi I83  
<sup>116</sup> erit korr. aus erint V630  
<sup>117</sup> hic VD38  
<sup>118</sup> pastori I83; pastor VD38  
<sup>119</sup> terrenis korr. aus terre O93  
<sup>120</sup> sua VD38  
<sup>121</sup> quaeque O93; quaeque korr. aus quaque VD38  
<sup>122</sup> opera VD38  
<sup>123</sup> am Rande agat VD38  
<sup>124</sup> inveniat I83  
<sup>125</sup> suis korr. aus eius O93  
<sup>126</sup> labefactatam korr. aus labefactam V630; labefactatam] labefacta tamen VD38

procellis agnosco. Potens est divinitas immensa<sup>127</sup> tempestatis incerta bono serenitatis amovere. Et quid aliud, si Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut<sup>128</sup> sequamur vestigia eius, et apostoli passi sunt, sequentes eius exemplum et reliqui patres, nisi ut sequamur tam  
 110 doctrinam eorum quam et exemplum, et patiamur adversa pro Christo, et cum patribus atque cum fratribus crucem portemus eorumque tribulationibus compatiamur, ut Christi veri discipuli inveniamur, qui dixit: Qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me, et reliqua. Praesumptio<sup>129</sup> est, si dominorum beneficia famuli non sequantur. Obsequium ergo aestimandum puto, quod pariturus<sup>130</sup> impendo. Quid est enim, quod plus creditur filii vocabulum<sup>131</sup>  
 115 valere quam obsequium? Et non quaeritur, quid in<sup>132</sup> amoris lance promoveas, sed quale ad praeiudicium aestimanti nomen opponas, cum apud prudentes frustra sobolem dicimus, nisi exhibeat, quod vocatur<sup>133</sup>. Ego vero nolo<sup>134</sup> errore meo alienas culpas asserere<sup>135</sup>, ut factum<sup>136</sup>, quod<sup>137</sup> doleo, admisisse convincar. Odisti, inquit dominus per prophetam, omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur dominus, ego  
 120 autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam adoraboque<sup>138</sup> in templo sancto tuo in timore tuo. Domine<sup>139</sup>, deduc me in iustitia tua propter inimicos<sup>140</sup> meos, dirige ante faciem meam viam tuam, non est<sup>141</sup> in ore eorum rectum, interiora eorum insidiae, sepulchrum patens<sup>142</sup> guttur eorum, linguam suam lenificant<sup>143</sup> 144. Condemna eos, deus, decidant a consiliis suis, iuxta

## Quellen:

- 108f.: *Christus - eius*, I Petr. 11.21.  
 112: *Qui - sequatur me*, Matth. XVI. 24.  
 113: *Praesumptio - sequantur*, Ennod. ep. IV. 8.  
 114-117: *Quid - vocatur*, Ennod. ep. IV. 4.  
 117f.: *Ego - convincar*, Ennod. ep. IV. 19.  
 118-126: *Odisti - eum*, Ps. V. 7—13.

<sup>127</sup> inmensa V630

<sup>128</sup> ut sequamur vestigia eius, et apostoli passi sunt, sequentes eius exemplum *fehlt* VD38

<sup>129</sup> Praesumptior N442

<sup>130</sup> *am Rande* oboediturus VD38

<sup>131</sup> vocabulum *korr. aus* vocabulo I83

<sup>132</sup> *am Rande* in amoris pondere sive statera VD38

<sup>133</sup> vocaturi VD38

<sup>134</sup> nolo *korr. aus* non V630

<sup>135</sup> *am Rande* approbare VD38

<sup>136</sup> factum quod *korr. aus* factum O93; factum quod] quod factum VD38

<sup>137</sup> quod *fehlt* N442; I83

<sup>138</sup> adorabo VD38

<sup>139</sup> *Vor Domine Rubrik*: DECANTORES V630 (*über der Zeile* ibus)

<sup>140</sup> decantatores V630

<sup>141</sup> est] est enim V630

<sup>142</sup> patens] patens est I83

<sup>143</sup> *am Rande* hoc est blande locuntur VD38

<sup>144</sup> laenificam V630

multitudinem<sup>145</sup> scelerum eorum<sup>146</sup> expelle eos, quoniam provocaverunt<sup>147</sup> te<sup>148</sup>. Et laetentur omnes,  
 125 qui sperant in te, in saeculum laudabunt. Et proteges eos, et laetabuntur in te, qui diligunt nomen  
 tuum, quia<sup>149</sup> tu benedicis<sup>150</sup> iusto. Domine, ut hasta placabilitatis coronabis eum. [H. 9] Deo enim  
 perfecte sacrificantes non debent vexari, sed portari<sup>151</sup>, consolari atque ab omnibus venerari.  
 Ipsi autem, quando domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum<sup>152</sup> adhibeant,  
 ut domino perfecte in sacratis deo sacrificare locis probentur. Ait namque auctoritas legis divinae:  
 130 Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit dominus  
 deus tuus.  
 [H. 10] Episcopus<sup>153</sup> deo sacrificans testes<sup>154</sup>, ut<sup>155</sup> praefixum<sup>156</sup> est, secum habeat et plures quam  
 alius sacerdos. Sicut<sup>157</sup> enim maioris honoris gradu fruitur<sup>158</sup>, sic maioris testimonii  
 incrementatione<sup>159</sup> indiget. In sollemnioribus quippe diebus aut septem aut quinque aut tres

### Quellen:

128f.: *Ipsi - probentur* sec. vit. Lucii pp. in libr. pontif. c. 3. Cf. Luc. 1.

130f.: *Vide - tuus*, Deuter. XII. 13. 14.

132-136: *Episcopus deo etc.* sec. vit. Lucii in libr. pontif.

### Rezeption:

126f.: *Deo - venerari*: Ivo, Decr. V,237 (s. auch 60-65; 96-102).

126-131: *Deo - tuus*: Coll. Ans. ded. II,80.

126-138: *Deo - sacrificio*: Coll. Ans. ded. VI,3; Ps.-Remedius c. 9.

126-139: *Deo - liminibus*: Ivo, Decr. II,67 (126: *enim* fehlt).

128-131: *Ipsi - tuus*: Regino I,351 (beginnt *Sacerdotes, quando sacrificant, non soli*); Burchard III,71(beginnt *Sacerdotes, quando sacrificant, non soli*); Polycarpus III,16,2 (beginnt *Sacerdotes, quando sacrificant, non soli*); Polycarpus IV,32,5 (beginnt *Sacerdotes, quando sacrificant, non soli*).

128-133: *Ipsi - sacerdos*: Anselm v. Lucca VII,120 (*Ipsi autem*] *Sacerdotes*).

132-138: *Episcopus - sacrificio*: Coll. Ans. ded. II,81.

132-139: *Episcopus - liminibus*: Sentenzen c. 167 (132-134: *et plures - indiget* fehlt); Anselm v. Lucca VI,126;

Polycarpus IV,13,1; Gratian D. I de cons. c. 59 (132-134: *et plures - indiget* fehlt).

<sup>145</sup> *multitudine* O93

<sup>146</sup> *ea* O93

<sup>147</sup> *procaverunt* VD38

<sup>148</sup> *te]* *te domine* I83

<sup>149</sup> *quoniam* V630

<sup>150</sup> *benedices* VD38

<sup>151</sup> *portare* I83

<sup>152</sup> *secum adhibeant, ut domino perfecte in sacratis deo sacrificare locis* *fehlt* I83

<sup>153</sup> *Vor Episcopus Rubrik: DE EPISCOPO MISSA CAELEBRANTIBUS EIUSQUE MINISTRIS* V630

<sup>154</sup> *testes* *fehlt* VD38

<sup>155</sup> *ut* *fehlt* I83

<sup>156</sup> *am Rande* ante confirmatum est VD38

<sup>157</sup> *Sicut korr. aus* Sic N442

<sup>158</sup> *am Rande* utitur VD38

<sup>159</sup> *am Rande* augmentatione perfectione VD38

- 135 diaconos, qui eius oculi dicuntur, et subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis in fronte et a tergo et<sup>160</sup> presbyteri e<sup>161</sup> regione dextra levaque<sup>162</sup>, contrito corde et humiliato spiritu ac pronos<sup>163</sup> stent vultu custodientes eum a malivolis hominibus et consensum eius praebeant sacrificio. [H. 11] Peracta<sup>164</sup> autem consecratione omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic<sup>165</sup> enim et apostoli statuerunt et<sup>166</sup> sancta Romana tenet ecclesia.
- 140 Servite, inquit dominus<sup>167</sup> per prophetam David, in timore et exultate<sup>168</sup> ei in<sup>169</sup> tremore, adorate pure, ne forte irascatur et pereatis de via. Ille enim non<sup>170</sup> perit<sup>171</sup> de via, qui recte graditur et praecepta custodit maiorum. [H. 12] Doceri ergo omnes oportet, qui domini sacerdotio funguntur, ut et<sup>172</sup> ceteros instruant et sibi proficiant. Scriptum est autem: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Et
- 145 alibi: Populus autem sciens deum suum obtinebit et faciet, et docti in populo docebunt plurimos<sup>173</sup>. Ipsa enim veritas per se infert et dicit: Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Ille procul dubio scandalizatus est in deum, qui recte non docet, et qui eius scandalizat episcopum vel

### Quellen:

136f.: *contrito - vultu* sec. conc. Par. a. 829. lib. I. c. 4. aut Ben. I. 315.

140f.: *Servite - via*, Ps. II. 11. 12.

142f.: *Doceri - proficiant*, S. Bonifac. ep. no. 73.

143f.: *Qui - aeternitates*, Dan. XII. 3.

145: *Populus - plurimos*, Dan. XI. 32. 33.

146: *Beatus - me*, Matth. XI. 6.

146-148: *Ille - sacerdotem*, cf. Dam. 17.

### Rezeption:

134-138: *In - vultu*: Deusdedit II,34.

138f.: *Peracta - ecclesia*: Burchard III,77 (139: *ecclesia*] *ecclesia. Et si hoc neglexerint, degradentur*); Gratian D. II de cons. c. 10 (138: *autem* fehlt).

138-142: *Peracta - maiorum*: Coll. Ans. ded. IV,37.

142-148: *Doceri - sacerdotem*: Coll. Ans. ded. IV,48

142-148: *Doceri - intellegent*: Coll. Ans. ded. II,53; Burchard II,154; Ivo, Decr. VI,245.

146-148: *Ille - sacerdotem*: Gratian D. XCIII, c. 10.

<sup>160</sup> et fehlt I83

<sup>161</sup> interlinear a latere et contra VD38

<sup>162</sup> am Rande sinistra VD38

<sup>163</sup> am Rande inclinato VD38

<sup>164</sup> am Rande Quod omnes ministri altaris communicare debeant VD38

<sup>165</sup> am Rande Mentio canonum apostolorum N442

<sup>166</sup> ut VD38

<sup>167</sup> domino VD38

<sup>168</sup> exaltate V630; N442

<sup>169</sup> cum I83

<sup>170</sup> am Rande non recedit VD38

<sup>171</sup> praeterit VD38

<sup>172</sup> et fehlt V630

<sup>173</sup> multos I83; VD38

